Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319689

15

THESES
IURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS SIX,

Rheno-Traiectinus.

A D. XXVII JUNII, A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLI.

TYPIS K. J. GIEBEN.

I.

Senatusconsultum, de quo agit PAULUS R. S. V, 25, § 6, testamentorum formam non spectavit.

II.

Jure justinianeo actio de tigno iuncto datur tantum de tigno furtivo.

III.

Bonae fidei possessor damni infecti cautionem exigere nequit.

IV.

Uxor, quae administrationem bonorum retinuit, contractum inire potest, quo eorum periculum in alium convertitur, licet mariti auctoritas non interveniat.

V.

Liberatione legata debitor etiam liberatur, quatenus pro alio fideiusserit.

VI.

Art. 1985 C. C. B. praescriptionem exstinctivam unice spectare videtur.

VII.

Nisi forte talia accedant, ex quibus coniugis confessio veritati contraria iudici videatur, pro plena probatione ea est habenda et divortium pronuntiari potest.

VIII.

Art. 337, § 2, C. C. B. extendendus est ad

mulierem, quae aetatem sedecim annorum non implevit.

IX.

Liberis naturalibus, etiamsi legitime agnitis, omnis paterna hereditas iure non relinquitur, ubi adsunt adscendentes.

X.

Jus repraesentationis admittitur tantum in successione ab intestato.

XI.

Art. 321, § ult. C. M. intelligendus est de damno ante derelictionem facto.

XII.

Curatores habent ius pignoris in bona decoctoris.

XIII.

Bonorum cessio debitori concedi potest, quamvis

neque calamitas neque bona fides ab eo sit probata, nec obstat Art. 707 Cod. de Meth. Proc. Civ.

XIV.

Judici Batavo peregrinus secundum statuta personalia patriae nostrae iudicandus est.

XV.

Poena capitalis, nisi politica necessitate urgente, improbanda mihi videtur.

XVI.

Ut quis incidat in art. 334 C. P. G. plures turpitudinis victimae non requiruntur.

XVII.

Recte novissimus Codex poenalis borussicus (promulgatus d. 14 m. Aprilis 1851) maleficiorum distinctionem in crimina, delicta et leviora peccata servavit.

XVIII.

Leges in Ordinum Generalium concilio rogatae sanctione regis indiscriminatim indigent.

XIX.

Jura, in art. 90, 107 en 111 L. Imp. enumerata, etiam superiori Ordinum Generalium concilio tribuenda videbantur.

XX.

Systemati, quod dicitur beneficentiae legalis, liberam antepono privatorum misericordiam.

XXI.

Sublatio tributorum, quae in necessarium victum constituta sunt, operariorum conditionem perpetuo lenire non potest, nisi hi ipsi ad emendandam suam conditionem incumbant.